



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

patres, in sancto Concilio, errorē (qui emerferat) conuicerunt.

CAPVT VII.

Porrò hæc omnia, quæ nunc expli-
cata sunt, de verbi Dei victoria, &
insuperabili potentia ecclesiæ, tam quæ-
tum ad gentiles, Christianorum (purū
verbi Dei docentium ac seruantium)
persequutores, tam quantum ad hære-
ticos Arrianos, verbum Dei adulteran-
tes, sanctus Euangeliſta Ioanties, in A-
pocalypsi sua longè antè viderat & præ-
dixerat, dicens: Factum est prælium ma-
gnum in cœlo, Michael & angeli eius,
præliaabantur cum dracone, & draco
pugnabat & angeli eius, & non va-
luerunt, neque locus inuentus est ei-
orum amplius in cœlo. Et proie-
ctus est draco ille magnus, serpens an-
tiquus, qui vocatur diabolus & satha-
nas, qui seducit vniuersum orbem, &
projectus est in terram, & angeli eius
cum eo missi sunt. Et audiui vocem ma-
gnam de cœlo dicentem: Nunc facta est
salus & virtus & regnum Dei nostri, &
potestas Christi eius, quia projectus est

Apoc. 12

h 3 ac-

IOANN. SLOT. GEF.

accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quod projectus esset in terram, persecutus est mulierem, quem peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine. Et adiuvuit terra mulierem, & apuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit Draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Quæ omnia iuxta sententiam

DE
tiam & e
Tuitiens
stituto ne
conuenie

N Ar
sig
altior, ter
pientibus
uersatioe
ctum est
chael et a
dracone.
diabolus
lo? In cœle
videbatur
quum ex
ligio, &
seduxerat
que & ipse
contende
Propterea
nem istur
sam usque
potestater
scripturis

E F.
qui accu-
ei nostri
um pro-
er verbū
runt ani-
ropterea
is in eis.
it diabo-
m, sciens
. Et post-
tus esset
rem, que
nt mulie-
olaret in
i alitur p
um tem-
erpens ex
n tanquā
lumine.
uit terra
quod mi-
est draco
prælium
custodi
timoniū
a senten-
tiam

DE VERBI DEI VIRT. 238

tiam & expositionem Ruperti Abbatis
Tuitiensis viri vnde cunq; doctissimi in
stituto nostro optimè conueniunt, &
conuenienter aptantur

CAPVT VIII.

NAm quid per cœlum, nisi ecclesia <sup>Cœlum si-
gnificat Ecclesiam</sup> significatur, quæ terra longè
altior, terrenis hominibus & terram sa-
pientibus longè superior in cœlo con-
uersatioem habet. In hoc cœlo fa-
ctum est prælium magnum, quia Mi-
chael et angeli eius præliabantur cum
dracone. Sed quomodo draco, hoc est,
diabolus erat vel pugnabat in hoc cœ-
lo? In cœlo nimirum erat arbitratus suo, **Ezai. 19.**
videbaturque sibi similis altissimo,
quum exhiberetur ei quasi diuina re-
ligio, & à misericordiis gentibus (quas
seduxerat) coleretur pro Deo. Ita-
que & ipse pugnabat quasi in cœlo, dum
contenderet haberi pro cœlesti Deo.
Propterea nemo ferè qui nesciat, draco
nem istum in aere vagari, et permis-
sam usque ad tempus iudicij exercere
potestatem ipsumque aerem usitato in **Psal. 6.**
scripturis more, cœlum dici ut illic:

h 4. Volu.